

numerati frequentes prædicentur: quæ res
absque sudatis & anhelis laboribus, id est quæ
aiunt, citra puluerem & sudorem ne Iouis
quidem filio (quo Iouis vtar exemplis) cõces-
sum fuit. SyL. Haud facile dixerim, vaniorẽ
opinionem an magis pestilẽtem induerint
mortales: quæ a deo: altas egit radices, ita mẽ-
tibus obsecatis adhæsit, vt ad nullas rationes
oculos aperiri patiatur. Quispe ratio iam/
pridem persuasit cõstantem gloriam nequa-
quam ex his rebus scaturire, quæ licet magnæ
sint, cum scelere tamen affinitatem contraxe-
re: alioquin Phaeton & Herosttratus incen-
diarij manibus impio facinore contaminatis
cælo terraque cari haberentur: quos tamen
omnia sæcula omnes hominum ætates vno
ore infamarunt. Nam Herculis memoria
summa cum veneratiõẽ colitur, quæ ex ipsius
erumnis ingentia in mortales cõmoda redũ-
darunt. Neque ego laudem Iouis ex eo con-
stare putauerim, quod victor prælio Titanas
& Gygantes deleuerit (ad vindicandam im-
pietatem necessitas impulerat), ceterũ quia
publicam agens vtilitatem cumulauerit am-
plissimis beneficijs humanum genus æque
proprijs ingenij viribus atque beneficos li-
beros procreando. Igitur eum virũ dicemus